VENCESLAO RZEWUSKI

CRACOVIÆ CASTELLANO,

PRINCIPI

SENATUS POLONIARUM,

SUPREMO OLIM REGNI, ET REIPUBLICÆ

DUCI

A CIVIBUS NUNCUPATO

AMOR POPULI EPICEDIUM.

Quos, heu! dilecti mors insperata Parentis
Perculit, & luctu nimium demersit acerbo,
His dicat

Obsequii in signum
FRANCISCUS DOLCI DE VISCOVICH
Presbyter sæcul.

LEOPOLI,
TYPIS CASIMIRI SZLICHTYN.

ODE.

Infenſa mœſto Fata Senatui
Tollunt acerbo Te quoque funere,
Cui jura Libertatis imo
Semper erant, populuſque cordi.
Degens avarorum procul agmine,
Vaniſque luxus moribus abſtinens:
Tu dona turbanti quietem
Largus opum Scythiæ dediſti. (1)
Te ſive magnus dogmata Tullius,
Et plena fandi dicta ſcientiæ;
Artem regendi ſive ſacra
Ipſe Plato docuit ſub umbra.
Plerumque Reges flectere, & agminum
Duces, decoro pulvere ſordidos
Bellorum, & adverſas in ipſa (2)
Urbe equitum, peditumque partes.

Non

Non ſic Deorum cœtus Apollinem
Plectro canentem prælia ſuſpicit;
    Ut Te Patres acri pro avitis
    Juribus eloquio tonantem,
Quum urbem videres milite non ſuo
Cinctam, manu bellum gerere extera,
    Ut victa, ſeu victrix perennes
    Serviat hinc aliis in annos
Dux magne, Regum Progenies, tuam (3)
Firmo fidem ne dimoveant gradu
    Hoſtes minis, duram ſenectæ
    Pauperiem, exiliumque paſſus. (4)
Natus tibi hæſit firmior Hadriæ
Tunc rupe, quam fruſtra aggreditur Notus;
    Septemque miratæ Trionum (5)
    Vivere utrumque ab utroque brumæ.
Quocunque vatem Te tulit impetus
Laudes Polonas carmine perſequi, (6)
    Intacta ſacrarunt apricos
    Pieridum Tibi prata flores.
Nunc alta triſtis jura ſilentii
Venere, Lethumque: heu! ubi nobilis
    Vox, & triumphalis tubarum
    Clangor, Apollineumque plectrum?
Luxere paſſo crine Poloniæ
Cum Rege Patres, Te ſibi funere
    Raptum, Lares caſtis amicie
    Vatibus, Aoniæque ſylvæ;
Et tecta caris hoſpita civibus,
Natique magnis dotibus inclyti:
    Nati diu noſtris futuri
    Hiſtoricis decus, & Poetis,

Luxere

Luxere. Sed luctu haud redeat sonus,
Vanæve rursum sanguis imagini;
At mens beatorum pererrans
Jam nemora, Elysiasque valles:
Mens, o! suavi flamine pasceris
Veris recentis, visere gestiens,
Qua parte Zamoski vagetur,
Quæ loca Zolkievium morantur, (7)
Umbrasque Radzwil. Jam Tibi proximus
Astat Parens, qui cedere nescios
Stravit manu Svecos, verendus (8)
Consiliis, Tacitusque dictus
Gaudens supremum dividis aerem,
Cursuque pennas fulminis anteis,
Lauro ut coronatas tuorum
Suspicias facies Avorum.
Jam Te beatis sedibus audiens
Sese vocantem sollicita prece
Avus volat, mox jam Sobieski (9)
Austriacis celebres in oris.
Quod non atroci funere concidit
Obsessa diris Thracibus Austria: (10)
Ipsi periclis, & labore
Innumero meruere palmas.
O nata faustis ominibus dies,
Qua, dissoluta cladis imagine,
Gazas anhelantes, & Urbem
Impavidi pepulere Thracas.
Testis mearum Danubius ferox
Sententiarum, & sanguine Thracio
Savus redundans, tot superba
Sarmaticæ monumenta pugnæ.

Arces

Arces tot ereptæ hoſtibus Hungari, &:
Tot digna ſacro prælia carmine;
Quin ipſe diffuſos ferocis
Tartariæ populavit agros. (11)
Dextræne notam jungere dexteram
Juvat, Propinqui? fataque fœderis
Narrare, ſermoneſque veſtros
Conſiliis, animiſque plenos?
Manes beati! vos propior Deus
Puro ſolutos afflat anhelitu:
Nos thure lucentes ad aras,
Nos lacrymis decoramus Urnam.

Annotationes ejusdem in Odam.

(1) Quum nuntiatum ei fuisset, Tartarorum Principem cum centum viginti millibus hominum ad impetum in Poloniam faciendum contendere, sexcenta millia florenorum quam celerrime illi dono misit, & Rempublicam destitutam fædere, milite. aliisque subsidiis, quæ ad propulsandos hostes atque infringendos usui sunt, omni prorsus metu, molestia & damno liberavit.

(2) *Cum* belli laude non inferior fuisset, quam Pater, ad eam laudem eloquentiæ gloriam adjecit. Ita excelluit dicendo, ut confederationem Chelmensem, quæ animos omnium ad bellum civile incendebant, sermonibus penitus extinxerit, eoque tranquillitatis cives perduxerit. ut nihil detrimenti Respublica caeperit.

(3) Familiam *Rzewuski* regnasse in Polonia ante illam *Piast* constat ex Diplomate Vladislai Filii *Jagielonis*, & literis ejus majoribus a Rege Jo: *Sobieski* scriptis, ut videre est apud *Damascenum in Zodiaco Cœli Sarmatici*.

(4) In Comitiis Anno 1767. fuit a Russis captus, ductusq; in Moscoviam, ubi sexenio circiter una cum Filio captivitatis tulit ærumnas.

(5) *Severinus* natu minimus. modo *Dux* Exercitus *Regni*. Singularis & animi, & prudentiæ, & eruditionis vir.

(6) In Poeticis ipsum excelluisse plura ejus, quæ supersunt carmina, testari possunt.

(7) *Recensentur* *Zamoski*, *Zolkiewski*; *Radziwil*, aliique ob optimam hæreditatem, omnique patrimonio præstantiorem, quam suis reliquerunt gloriam virtutis, rerumque gestarum.

(8) *Stanislaus Matthæus* supremus Regni Dux, qui ad laudes a majoribus acceptas addidit suam. Bellicam gloriam insigni victoria partam ad Petricoviam, & Kalisz, consiliis adeo cumulavit, ut *Tacitus Poloniæ* diceretur. Legationes quoque perdifficiles ea fidei, ac solertiæ laude perfecit, ut opinionem prudentiæ, quam de se in animis omnium excitaverat, abunde confirmaret

(9) *Stanislaus Florianus* Poloniæ Quæstor, Thesauri nempe Dispensator. Tanti eum habebat Rex Jo. Sobieski, ut sparso ejus mortis falso rumore ob vulnus, quod summa contentione dimicans in obsidione Viennensi acceperat, militibus ingemiscens dixerit: *ego meum scutum perdidi, nudo corpore pugnabo: me sequimini.*

(10) CCXL. millia Turcarum Viennam cinxerant obsidione anno 1683.

(11) In vita, quam Jaroszewicius edidit hujus CL. Viri, habemus, ita ab eo fuisse protritas Barbarorum turmas, ac profligatas acies, ut *Tartarorum Flagellum* diceretur; Principem autem illorum, ut tot, tantasque clades Religionis specie obnuberet, solitum fuisse dictitare, *se a Duce Rzewuski magis oratione, quam virtute vinci; scire enim eum interdiu novies Deum orare, se vero ter.*

VERSION TOSCANA.

Ahi perhè intempestivo
Sorse l' infausto giorno,
In cui di te fù privo
Quest' infelice suol.

Di te Signore adorno
D' ogni virtù più bella
Di te, per cui d' intorno
Movea la Gloria il vol.

Di ste lucente Stella
Di libertade amica;
Tu t' ascondesti, e quella
In un balen sparì.

Si,

Si, la Crimea lo dica,
Se della Patria ſcudo
Foſti, allorchè inimica
Ad aſſalirla uſcì.

Invan col brando ignudo
Avuto avrìa difeſa:
Tu dello Scita crudo
Calmaſti il rio furor.

La minacciante offeſa
Dileguò il tuo conſiglio,
La nera face acceſa
Eſtinſero i teſor,

Teſor, da cui del ciglio
Era più il cor lontano,
Che generoſo Figlio
Offriſti al comun ben,

Ma ſe prode la mano,
Facondi furo i detti,
Tu l'orator Romano
Raffiguraſti appien.

Nè di regger gl' affetti
Aſcoſa a te fù, l'arte,
Platone i ſuoi ricetti
Reconditi t'aprì.

Dè lor conſgli a parte
Te vollero i Regnanti
E allor che in ogni parte
A fremere s'udì

Di-

Discordia bieca, innanti
A te conquisa, e doma
Cadde, ai possenti incanti
Dell'aureo tuo parlar.

Ma ognuno in te ravvisa
Quasi tonante un Nume,
Mentre in altera guisa
T'ascolta favellar.

Al folgorante lume
Che vibran gl' occhi tuoi,
Dell'eloquenza al fiume
Che sgorga dal tuo sen.

Allor che intatto vuoi
Della tua Patria il manto;
E i sacri dritti suoi
Che non mai vengan men;

Allor che il tristo vanto
Con un' estrania mano
Ha di pugnar, e al pianto
S'appresta, ed ai sospir

Che de' trionsi vano
Sarà l' onor, che vinta
O vincitrice strano
Giogo dovrà soffrir.

Schiatta di Re l'estinta.
Fedelta in ogni petto
Rèspira in te, nè avvinta
E' l' Alma con la man. Accan-

Accanto a te il diletto
Figlio indiviſo ſiede,
E il reciproco affetto
Tenta la ſorte invan.

Ma non moveſti il piede
Ognor tra l'armi, e l' ire
Dell' eliconia ſede
Foſt' anche abitator.

Il bellicoſo ardire,
Gl'aviti faſti al ſuono
Conti delle tue lire
Feſti nobil Cantor.

Perchè ſpariti ſono
Ahi! giorni sì felici!
Chi mai del cielo il dono
Avaro ci rapì?

Morte - - - - degl'inimici
Suoi ſtral divenne il ſegno.
Ahi miſeri infelici
Il noſtro Eroe perì!

Lui piangono del Regno
Tutti gl' Ordin dolenti,
Lui il cittadin più degno
A gara chiama ognun.

Ma deh con quali accenti
Eſprimerò dè Figli
Il duol, nè lumi ſpenti
Fiſa i lumi ciaſcun.

E

E da lor mesti cigli
Cadono amare stille,
Nè vagliono consigli
Il pianto a raffrenar.

Ben mille volte, e mille
Bacian la mano esangue,
Nè sanno le pupille
Dal Padre allontanar.

Fassi eloquente il sangue
Se manca la parola,
L' Alma vien meno, e langue
Ma langue per amor.

Deh omai ti consola
Degna prole, che gloria
Fosti, e speranza sola
Del degno genitor.

N'andrà la sua memoria
Scevra dal cupo oblio,
Nella futura Istoria
Insiem con te vivrà.

Nuova per lui s'aprio
Scena sol di piacere'
Che mai l' affanno rio
Intorbidar potrà

Bell' Alma, se al potere
Di morte tu cedesti,
Al puro tuo godere
Strada ti fè il morir.

M'in-

M'inganno, o pur son questi
Gl' Eroi del natìo suolo?
Ah no, fra lor t'arresti,
E pago e' il tuo desir.

Zamoski nello stuolo
Zołkiewski, e Radzwił scerno
Ch all' uno, e all' altro Polo
S'odono celebrar.

E il Genitor, ch' eterno
Sarà nè patrj fasti
Che all' armi del governo
L'arte seppe accoppiar.

Fra dolci amplessi, e casti
Ti stringe il tuo grand' Avo,
Che intrepido emulasti
L' invitto suo Valor

Que' ch' un dì l' Istro, e 'l Savo
Fè divenir vermigli
Allor che il Nome Slavo
Dè Traci fù il rerror.

Di già infranti gl' artigli
Avea l' Aquila altera,
E alle ritorte i Figli
D' Austria stendean la man

Ma il gran Giovanni ch'era
Da scudo tal protetto
Dell' Ottomanna Fera
Rese ogni sforzo van. Om-

Ombre chi può il diletto
Spiegar, che il ſen v'inonda?
Chi può del voſtro affetto
Seguire i moti appien?

Ahi perchè la gioconda
Dimora è a noi conteſa?
Di lagrime con l'onda
L'urna ſi bagni almen.

In atteſtato d' oſsequio
D. Giuſeppe Ma. Redi C. R. Teatino.